



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

Inhaltsverzeichnis

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

moriæ Flauiani innocentis & catholici sacerdotis ad eccliam (cui bene præfuit) fecisti cum honore debito reuocari. In quibus vtique omnibus gloriae vestræ multiplicatur augmentum, dum & sanctos pro suis meritis veneramini, & ab agro dominico spinas & tribulos vultis auferri. Quosdam sane episcopos de his qui rebus impiis videntur præbuuisse consensum, reconciliationem reposcere, & catholicorum communionem desiderare, tam nostrorum, quam fratris & coepiscopi mei Anatolii, cui testimonium ferre dignamini, relatione cognouimus: quorum desideriis sic præbemus effectum, vt correctis, & quæ male sunt facta propria subscriptione damnantibus, participata nostrorum (quos misimus) cura cum supradicto episcopo, pacis gratia tribuatur: quia deuotio nis vtrumque est Christianæ, vt & pertinaces veritas iusta coerceat, & conuersos caritas non repellat. Quia vero nouimus, quantum piæ sollicitudinis catholicis sacerdotibus mansuetudo vestra dignet impendere, indicandum esse curauimus, fratrem & coepiscopum nostrum Eusebium nobiscum degere, & nostræ communionis esse consortem, cuius commendamus ecclesiam, quam dicitur vastare, qui illi iniuste asseritur subrogatus: illud etiam a vestra pietate poscentes, quod vos spontaneo facere non dubitamus arbitrio, vt tam fratrem & coepiscopum meum Julianum, quam Constantinopolitanos clericos, qui sanctæ memoriae Flauiano fidelibus officiis adhaesere, ea, qua debetis, gratia faueatis. De omnibus vero pietatem vestram per nostros, quid fieri aut declinari deberet, instruximus. Data Idibus Aprilis, Adelphio viro clarissimo consule.

EPISTOLA XL.

LEONIS PAPÆ I.
AD ANATOLIVM CONSTANTINOPOLITANVM
EPISCOPVM.

- | | |
|---|---|
| I. <i>De fide eius, scriptis missis, probata.</i> | <i>fuerint, ad communionem admittantur.</i> |
| II. <i>De his qui metu turbati in IIII. De nominibus hereticorum hæresim lapsi sunt, ut si conuersi ad altare non recitandis.</i> | |

IV. *De commendatione Iuliani qui Flauiano episcopo fide adhæ-
episcopi, vel eorum clericorum, ferunt.*

Leo episcopus, Anatolio episcopo.

I.

GAUDEMVS in Domino , & in dono gratiæ ipsius gloriatur, quia sicut dilectionis tuæ literis , & fratribus nostrorum, quos Constantinopolim miseramus, relatione cognouimus, sequacem te euangelicæ eruditio- nis ostendis: vt per sacerdotis probabilem fidem merito præsumamus, quod tota ecclesia eidem credita , nec ruma- gam cuiusquam sit erroris habitura , nec maculam, dicente Apostolo : *Defpondi enim vos vni viro, virginem castam ex- libere Christo.* Illa est enim virgo ecclesia , sponsa vnus viri Christi, quæ nullo se patitur errore vitiari: vt per totum mundum vna nobis sit vnius castæ communionis integritas , in qua societatem tuæ dilectionis amplectimur, & ge- storum , quæ sumpsimus , seriem necessariis (sicut oportuit) munitam subscriptionibus approbamus. Vt ergo in- uicem dilectionis tuæ animus nostris confirmaretur allo- quiis , filios nostros Casterium presbyterum, Patricium & Asclepiadem diaconos , qui ad nos tua scripta detulerunt , cum epistolis nostris post venerabilem diem festi paschalis remisimus: indicantes nos (vt supra diximus) de Constantinopolitanæ ecclesiæ pace gaudere , cui hanc curam semper impendimus, vt eam nulla velimus hæ- tiorum fraude violari.

II.

De fratribus vero , quos & epistolis tuis , & legatorum nostrorum relatione communionis nostræ cupidos esse cognouimus , eo quod doleant se contra potentiam , con- traque terrores non tenuisse constantiam , sed alieno sce- leri præbuuisse consensum , cum ita eos formido turbasset, vt in damnationem catholici atque innocentis antistititis, & in receptionem detestabilis prauitatis trepidi famula- rentur obsequio ; illud quidem quod præsentibus & a- gentibus nostris constitutum est approbamus, vt suarum interim ecclesiarum essent communione contenti: sed cum legatis nostris (quos misimus) participata tecum so- licitudine volumus disponatur , quatenus hi , qui plenis

M iii